

Q. D. B. V.

THESES THEO-
LOGICAE
VARIJ ARGVMENTI.

Quas

Venia Vener. Facult. Theol. in Reg. Acad. Aboëns.

Sub PRAESIDIO

DOCT. ANDREAE
BERGII

*S. Theol. Prof. Primar. & Archipraepos. Ab.
placido honorum examini submittit.*

In auditorio maximo die 15. April.

Anno MDCCXXXVIII.

horis ante meridiem solitis,

AUCTOR

JOHANNES GRVNERVS

Borea - Finlandus.

ABOAE, Exc. Joh. Kämpe, Reg. Acad. Typ.

Kongl. Majests Tro Man

Och

Vice AMMIRAL

Wid Kongl Flottan

Högwälbörne

Herr C A R L
RIDDERSTOLPE,

Höggunsfilge Herre!

Tu Swears wärn och präs / som Neptun' tro har
swurit /
Förlät min driffighet / at Clio lagt från land /
Förlät / o Höga Man / som Adlig Utt har burit /
At i en liten båth jag wägat mig från strand:
Ett zirad Slaggoskiepp i ödmuikhet at möta /
Ach at thet lyckas wäl / iag dunkligt eij må stöta.

Jag ströker seglen swag af diupast' wördnad neder
Och wägar wisa fram hwad jag i stammen för /

213

213
Tag an / o Kungens Man / jag ödmükt / trågit beder
Hwad min Calliope framgifva dristar / för:
En ringa pappers skänck ej wärd at endast nämna /
Tag an hwad wördaad min Dig ränter öfverlämna.

Then Höga ynnest stor / the alla rönt och nutit
Uf Dig / som blodet mig förbundna närmast giort /
Then egemera Gunst mig allan tid tilstutit /
Dch jag scän försä stund af Dig murgfällig spordt /
Then gier mig säkert hopp jag skutes ej tillbaka /
Thet tröstar at Tu läw' ej thesa blad försaka.

Min suckar / trogna bön skal aldrig här uphöra
För Höga wälgång Tin / och Them Dig höret til /
Dig deble himlen fiell / mer godt än jag kan röra /
Hwad nånsin nämnas kan / och hwad man önska
will:
Kort sagt: på jorden hör förnögdde sälla tider /
I himlen ewig frögd / när det til slutet liden.

Högwälborne Herr vice Ammiralens

Ödmüskaste ttenare
JOH. GRUNERUS.


D. N. M A T T H I A E G R V N E R O,

Pastori in Saltuif Alandiae vigilantissimo, Parenti
pia mente ad cineres vsque venerando.

Impense mihi de hoc die gratulor, quo pietatem, & ani-
mum meum, Tibi Parens indulgentissime, deuinctissimum,
testari publice licet. Sed desunt mihi commoda verba, quibus
meam Tui reuerentiam explicem; Tibi enim post Deum, vi-
tam, educationem, fortunam & omnia debeo. Tu omnia il-
la beneficia, quae a Patre benignissimo expectari possunt,
nullo non tempore large & abunde exhibuisti mihi. Quid
mihi quod reddam? prater piam mentem, certe nihil. De
qua ut tanto certior sis, en! Tibi, genitor fauen-
tissime humillimus offero exile hoc specimen Academicum,
tamquam interpretem obedientiae & obseruantiae meae filia-
lis, nunquam cessaturae. Quod ut affectu quo semper soli-
tus es, hoc est benignissimo, accipias, venerabundus oro. Me-
um erit pro Tua perenni felicitate & incolumitate vota fun-
dere calidissima. Seruet Te Deus diu saluum & incolumem,
viresque firmas & valetudinem Tibi impertiatur.

Indulgentissimi Patris.

Filius obedientissimus
JOH. GRVNERVS.



Thef. I.

Qui *ἄλογα*, pro cathedra, siue academica, siue ecclesiastica, absque perspicua methodo tradunt, vel data opera eandem occultant, male sibi, peius suis auditoribus, consulunt.

Thef. II.

Licet homo extra gratiae statum constitutus, de sacris litteris, de Deo & rebus Diuinis, veram sibi acquirere possit notitiam, quia eo modo, quo in scripturis Deus & veritates coelestes describuntur, ab illo concipiuntur, *Luc. 12: 47*; non tamen illa notitia, vult saepe sit eximia, vera est eo sensu atque illa emphasi, qua Deus illam in nobis veram esse vult ac desiderat. *i. Joh. 2: 4.*

Thef. III.

Proest homo impius, non minus ac pius (*)
A appet

apprehendere dogmata in Theologia positiva, polemica, &c. comprehensa; veritates autem theologiae morali & asceticae proprias, quae ab experientia spirituali diiudicantur, quamdiu in impietate persistit, rite intelligere nequit 1. Cor. 2: 15. Arcana enim Domini cum timentibus ipsum communicantur Psal. 25: 14. Prov. 3: 32. Job. 17: 25. 2. Cor. 4: 4.

(*) *Vbi tamen hoc discrimen intercedit, quod impius destituatur interna in conscientia conuictione de notionum theologicarum certitudine, qua, quisquis Deum reuerenter coluerit, omnino gaudet.*

Theol. IV.

Vere iudice **MART. CHEMNITIO** (*) a veteribus dictum est: Theologiam magis consistere in affectu, quam in cognitione. Unde Deus in sua lingua sub uno vocabulo comprehendit \mathcal{E} notitiam, \mathcal{E} affectus, qui notitiam sequuntur.

(*) *In loc. Theol. p. I de usu \mathcal{E} utilitate locorum theologicorum §. IX. p. m. 39.*

Theol. V.

Non bene facere, quum, data occasione, possi-

possumus, & necessitate exigente, debeamus, idem est, ac male facere (*). Omissio enim beneficentiae refertur ad male facta, praesertim ubi periculum est in omissione.

(*) *Hanc regulam principium theologicum appellat Chemnitius harm. euang. Cap. XLVIII. p. m. 639.*

Theſ VI.

Valde omnino, quod non sine iusto dolore deploramus, contentionibus ac litibus in ecclesia Christiana vigentibus, offenduntur moderatiores, aduersarii in impietate confirmantur, infirmi turbantur, pii exeruciantur, multi ab amplectenda doctrina deterrentur. Sed *Christus & Paulus* euidenter praedixerunt, his turpissimis scandalis ecclesiam Christi vexatum, *Matth. 7: 15. I. Cor. 11: 19.* Proinde temere non speremus, licet ardentem optemus, ecclesiae in hoc mundo futuram tranquillitatem; ubi enim ouile est, ibi lupus oberrat. Neque esset illa pax Christi coetui salutaris, sed potius maxime noxia, quae inter pastores & lupos, inter furem & oeconomum, inter ve-

rum & fallum prophetam iniretur. Contra, illorum dissidia, contentiones & dissensiones, sunt salus ecclesiae.

Thef. VII.

IN genealogia virtutum christianarum, initium *posuiffe* recte sumitur ab amore Dei, & *privatiue* a sui ipsius abnegatione.

Thef. VIII.

Baptista a Christo dicitur *Matth. 11: 9. Luc. 7: 26. περισσοτερος προφητα*, excellentior propheta, non, ac si doctrinam ceterorum praestantior, hominibus proposuisset; illa enim nullo non tempore vna eademque in ecclesia viguit, nec, qua ipsam rem, seu substantiam, mutationem aut diuersitatem quandam vnquam subiit; sed discrimen inter ministerium prophetarum & baptistae, partem in eo consistit, quod, quum reliqui prophetae de regno caelorum secundum modum vaticiniorum, minus euidenter docuerunt, quemadmodum, de re futura aliter fieri non potuit, *Johannes Messiam* viderit, baptizauerit, digitis monstauerit praesentem, & ministerium suum incoantem

tem: partem in eo videtur esse constituendum, quod feliciori successu partes sui officii administraverit, quoniam maiori numero & ardentiore fervore doctrinam illius amplexi sunt homines, apud quos, non tantum viliores, verum etiam honoratiores, magna illius fuit auctoritas, *Luc. 3: 15. Matth. 3: 7. Joh. 1: 19. Marc. 6: 20.* quare etiam Christus asseruit *Matth. 11: 12.* Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννη τοῦ Βαπτιστῆ ἕως ἀρτι ἡ βασιλεία τῶν ἑβραίων βίβησεν, καὶ βίας αἰ ἀρπάζουσιν αὐτήν.

Thef. IX.

Tanta est Dei iustitia, tamque exquisitus illius iustitiae rigor, est enim in essentia & natura sua iustissimus, ut non omnino poterit lapsa humano generi, citra praeuiam satisfactionem, peccata remittere.

Thef. X.

Eccllesia nostra euangelica, quam nomine distinctiuo *Lutheranam* appellamus, non per *Lutherum* demum coepit, sed inde iam a tempore & doctrina Christi apostolorumque, suas repetit origines. Proinde ante *Lutherum* vera fuit ecclesia, quamquam sub *impuro ministerio*

sterio in papatu existit, quo non obstante,
Deo filios & filias generavit.

Thef. XI.

GRaue non minus quam attentione dignum
est illud nonneminis consilium: *saltatio*
ministrum ecclesiae, propter officium, dedecet, im-
mo, si vestitum & habitum eius consideres, pe-
ne est ridicula. Quod effatum pars quaedam nor-
mae est, ad quam ministri ecclesiae in electo-
ratu Brunsvico-Luneburgico vitam suam com-
ponunt. (*)

(*) vid. *D. Jonae Conv. Schrammii diss.*
Theol. A:o MDCCXXVI. Helmstadii habita-
De vitandis quibusdam licitis ob viciniam illiciti.
§. LXIV.

Thef. XII.

HAeretici (*) non occidendi, sed coërcen-
di sunt. *Matth. 13: 30.*

(*) *Per haereticum intelligimus personam, in*
gremio ecclesiae constitutam, doctrinam funda-
mento fidei contrariam, non sine pertinacia &
insigni ecclesiae scandalo, defendentem.

Thef. XIII.

Theol. XIII.

Nummus, qui dicitur confessionarius, non a ministris verbi, sed ab illis introductus est, penes quos summa rerum erat. Ministri necessitate compulsi, quia exiguis gaudebant salariis, accipere debuerunt oblatum. Alias, procul dubio *LUTHERVS* improbasset nummum, quem tot quondam in papatu peperisse abusus, non ignorabat. Neque nos nescimus, variis hunc nummum hodie obnoxium esse abusibus, qui deprehenduntur ex parte cum ministrorum, tum confitentium. Apud ministros invidiam nonnunquam parit, ac *πρὸς ἀπολήψιν*. Multi etiam ideo tam faciles se praebere creduntur, ut ad priuatam communionem, quam Theologi inter abusus nostratis ecclesiae referunt, homines admittant. Confitentes, quorum alii avaritia, alii re angusta domi, laborant, ab usu sacrae coenae per longum satis tempus, abstinent. Propter hos, aliosque (*), quos ipsi met non dissimulamus, abusus, praestaret nummum abrogare, & verbi ministris alio modo, prospicere. Diu hoc in votis habuere Theolo-

gi cordati, deque modo, quo commodissime fieri possit, fūere solliciti; sed haecenus vota in votis substiterunt. Interim, donec verbi ministrorum salaria alia ratione fuerint aucta, sine conscientiae vulnere, & pietatis detrimento, hunc nummum accipi posse, existimant, quotquot rem recte aestimant. Non enim proprio ausu exigitur, sed, sponte oblatus, eorum indultu ac venia accipitur, quorum est curam gerere religionis, ac verbi ministros honeste sustentandos procurare. Neque in ipso nummo confessionario, quoad circumstantias, *rei, temporis, loci & denique finis*, spectato, quidquam inesse vitii, a quoquam adhuc demonstratum aut rationibus evictum est. *Res*, propter quam offertur, est functio certae cuiusdam partis sacri muneris. Qui autem negant, ob administrationem vnius partis accipi posse praemium, illos necesse est, contra omne ius, cum Divinum I. *Cor.* 9, tum humanum, omnia damnare salaria, quae ministris dari solent; quia sacrae, dignae ac necessariae sunt omnes ministerii ecclesiastici partes, vt nulla earum carere

rere possit, nisi qui omnibus destitui velit. Atque haec erant monenda, ne Simoniae eidem aspergatur labes. Quod ad *locum* attinet, non dixerit quis, qui a praecudiciis liberum haberit animum, id a pietate esse alienum, quod in loco sacro aliquid offeratur aut accipiatur. Annon in templo Hierosolymitano populus offererebat, & sacerdos oblata accipiebat? nonne vetustior ecclesia *πρωτοποσιας* probavit? Non *tempus* aliquem offendat, nemo enim facile dixerit, id in religionem impingere, si tunc accipiatur, quod in grati animi testificationem, ministro, postquam suo munere defunctus est, porrigitur. Paulus Corinthios, I. *Epist.* c. 16. 2. iubet, ut *υλα τω αυθαταιω* colligerent pecuniam ad subleuandam christianorum Hierosolymitanorum inopiam. Per *υλα τω αυθαταιω*, ex *Act.* 20: 7. patet, illum intelligi diem, quo sacris operari solebant. Denique in *fine* nihil est, quod iure culpari possit. Quotquot enim hoc incommodum, ac si peccatorum remissio ita emeretur, inde extimescere, non tam sibi, quam credulae plebeculae, videntur, illi, vel hoc man-

tello suam tegunt malevolentiam, vel alios homines fungos esse iudicant ac stipites; nullus quippe auditorum tanta mentis caligine laborat, nisi forte obrectator talem illum finxerit. (*).

(*) *Vid. Lic. Jo. Hermannus ab Etsuich, in commentat. de reliq. papat. eccles. Luther. temere affis, cap. VI.*

Thef. XIV.

Excommunicatio, quia cum poena civili nihil commune habet, ad poenarum civilium genera non pertinet. Male igitur, in papatu, excommunicatio facta est civilis aliqua poena, & pessime, in tyrannidem degeneravit.

Thef. XV.

Poenitentia publica, quae vulgo poena ecclesiastica, *Kyrchlich-plicht* / dici solet, iudicio gravissimorum Theologorum, ANDREAE KESLERI, IO. WOLFG. IAEGERI, ceterorumque, pro beneficio potius quam poena habetur; quia tali poenitentia, si sincera sit, homo ecclesiae reconcilietur, in eius gremium recipiatur, & particeps fiat remissionis peccatorum.

Thef. XVI.

Thes. XVI.

Disciplina ecclesiastica minus christiane absurda, inutilis, ad turbas faciendas comparata, tortura quaedam & tyrannis in conscientias, & papatus fulcrum, dicitur. Scilicet, adeo inuisa multis est disciplina ecclesiastica: Verum illi non videntur attendere ad vltim & commoda illius; vel nesciunt conditionem atque faciem nascentis ecclesiae, de qua creditur: *tam diu virginem mansisse ecclesiam primam, quam diu stetit disciplina ecclesiastica.* Hinc praestantissimi nostri Theologi, comparando nostra tempora cum primis christianismi moribus, hos magis ad amplificandam gloriam Dei, & conseruandam puritatem, ac sanctitatem ecclesiae fuisse compositos, ac illa, iudicarunt, & iuxta pronunciarunt, primaeuæ disciplinae ecclesiasticae vix rudera hodie superesse.

Thes. XVII.

LArgimur, tantam hodie non esse disciplinae ecclesiasticae necessitatem, quanta olim fuit, quum ecclesia sub ethnicis luctaretur imperatoribus; non tamen concedimus PVFEN-

DORFIO (*), alisque, ideo prorsus nullam, vel admodum exiguanı illius apud nos esse utilitatem, quoniam magistratus christianus civilibus legibus licentiam ac peccata coërceat. Nam sunt vitia bene multa, quae legibus civilibus restringi aut cohiberi non possunt.

(*) *tr. de habitu relig. p. 215. f.*

Thef. XVIII.

IOACHIMO LANGE, Theologo Hallensi, qui in suo *antibarbaro* contendit: *neruum pelagianismi esse, naturam habere pro gratia*, non sine idoneis rationibus exprobrauit IO. GVIL. IANVS, Theologus Wittebergensis, illum, aut gratiae notionem rite non intelligere, aut *Pelagii dogmata* ignorare.

(*) *vid. LANI specimen errorum Langianorum, cap. II. error. III.*

Thef. XIX.

BENE obseruauit HVTTERVS (*), non satis accurate a nonnullis Theologis, distinctionem peccati in regnans siue dominans, & non regnans, pro vna eademque vsurpari, quae est inter peccatum mortale & veniale; nam mortalis

talis peccati reatus vno duntaxat actu contrahitur, dominans autem siue regnans peccatum, tum demum fit, quando vel idem peccatum continuatur, & repetitis vicibus patrat, vel, deficiente feria poenitentia, remissionem nullam impetrat.

(*) *in loc. commun. p. 351.*

Thef. XX.

IN ecclesia nostra id imprimis deplorandum est, quod, a Deo nobis praescripta efficacissima salutis media, a plerisque, ex opere operato, irreuerenter usurpentur. Proinde verbi Diuini ministri tota mente, omnique animi impetu, in illam incumbant curam, vt hoc ipsum frequentissime, semper tamen adhibita prudentia, suis inculcent auditoribus, quam sit illud Diuinae, de procuranda nostra salute, oeconomiae contrarium, illisque noxium, in externa eorundem obseruantia, sine interna cordis mutatione, duntaxat haerere. Turpissimus hic est coelestium rerum abusus, qui, vt quantocius tollatur, enixe precamur & anxie desideramus.

Thef. XXI.

Thei, XXI.

Qui in sacris pro suggestu concionibus, dictionem phaleratam, & rhetorum flosculis(*) exornatam, affectant, animum non tam de veritate & perspicua illius explicatione sollicitum, quam corruptae eloquentiae, quae fucata & picta est, cupidum, evidenter produnt. Certe, a stili, quo sacri scriptores utuntur simplicitate ac maiestate, longissime absunt.

(*) Qui iustum rei pretium statuunt, argumenta rhetorica si non omnia, saltem, bene multa, ad pedantissimum referunt. Neque hodie ullo habetur loco flexanimis illa, apud Graecos olim visitata demagogorum eloquentia, sed suppliciiis potius digna indicatur.



Då
Then Ehreborne och Wällärde Herren/
Herr JOHAN GRUNERUS
Med beröm i Åbo disputerade.

All ädla' ämnen är' / som hug och tanckan drifwa /
Iu högre mödan bör af oss beprister blifwa /
The lärdas prof och wärck sin frågd och loford få /
Allt som de mindre / mer / på sielfwa kärnan gå .

Wår Himla lära som den all ting öfwerwäger /
Så bör den hedras måst / som deri framsteg äger /
Iu mer den deruti til andras nytto jann /
Ett wärdigt snilles prof i liuset gifwa kan.

Hvem må Ehrt lof och pris Herr *author* då förtiga /
Hvem är som lyster mot en grundad sanning friga?
Kort sagt: den tadlar på Ehrt upsät / slit och dygd
Han skaffar endast sig stor nesa / skam och blygd.

Ehr himlen skodde här / Ehrt arbet ymnogt löne /
Med allt hwad kallas godt / med bästa häfwor sköne /
Med himmelsk krona sidst wid lifwets jena grodåll /
Bland tusend Englars skar' the dyra helgon säll.

Wålment öfwerfänt
Af

J. LANDTMAN

